

vjs

1471

Est x².

Quicquid Facis Respice
Finem.

Joanes Jacobo Olthafen.
P.N. von Schönbach.

BREVIORUM

MATTHÆI ZUBE-
RI, NEUBURGENSIS AD ISTRUM
PALATINI, POETÆ LAUREATI, LEGITI-
mè apud Heydelbergenses Academicos
promoti,


TURRICULA.

M. JOHANNES SAUBERTUS, IN
æde Divæ Virg. Pastor, ad M. Zu-
berum, P. L.

*Admiror plus plusq; tuas in carmine vires,
ZUBERE, ardescit mensq; tuendo magis.
Magnus es, Argolico, seu Romano ore loquaris:
Magnus, seu numero, seu pede liber agas.
His decus addo novum; Vita morumq; priorum
Obliviscor, ais. Maximus ergo mihi es.
Hactenus INGENIO fecisti paginam utramque:
Nunc etiam VITA paginam utramque facis.
Perge ita. Non deerunt tanto sua premia vati.
DAS, QUOD HABES, ALIIS: DENT ALII, QUOD HABENT.*



NORIMBERGÆ,
E typographéo SIMONIS HALBMAYERI.
—
cdo 1o CXXII.



Nobili, Præstantissimo & Honoratiss. Viro,


**Dn. LAURENTIO STAIBERO, CIVI
& Mercatori Norimbergensi:**

Domino & Patrono suo unice observando.



Uctior æstivis fuerat schola nostra diebus:
Heu nunc hibernis incipit esse minor.
Temporis excludit multos angustia: plures,
Defectu ligni quod mea tecta rigent.
Rete meum tendo: si nil includo, tetendi
Frustra: quis possit cogere discipulos?
Præ tali vita mortem precor æger acerbam,
In qua vix aliquem spes habet ipsa locum.
Mendici saccum Noctis simul atque Diei
Executio curis, & vigili arte fugo.
Vix tamen evado: mihi pera subinde refertur,
Diogeni qualem fama fuisse docet.
Conveniebat ei cum paupertate: sed olim
Ad dandum populus promptior æra fuit.
Haud ego sic cynicè desidero pauper haberi,
Quum sprete jaceant docti inopesq; viri.
Quæ nequeo mutare, pati fata aspera cogor.
FURER I REDITU Sors mala forsitan abit.
Interea ut meliùs miserô hóc me tempore servem:
Imploro auxilium subsidiumque tuum.
Commendavit enim qui te mihi nomine multo,
Vir pius est, animo quem colis ipse tuo.
Hinc, aliàs mea Musa tremens, it fortior ad te.
Namque sibi stratam judicat esse viam.

MATTHÆ. Zuber / P. L.
legitimè promotus.


LEOPOLDO HAKELMANNNO, JC.
Professori Lipsiæ, Eiusdemque Faculta-
tis Ordinario.

HAKELMANNE, suo qui vult ornare ZUBERUM
Munere, quando potest, det renuatve citò.
Nam quum non habeam proprias, queis visiter, ades:
Me quesiturus non facile inveniet.
Incertus sedis, certam tamen occupo mentem.
Vis aliter dicam? nusquam, & ubiq; habito.

WOLFGANGO METERO, J. U. D. ET PUBL.
Lipsiæ Professore.

Audio te, MEYERE, meos versare libellos,
Et mollem risum sæpe ciere tibi.
Hunc capto im primis: absit modò versibus error,
Qui causam gignit sæpe, cachinne, tibi.
Sphalmata si qua vides, concinnâ corrige pennâ,
Nec vitia auctoris candidus esse puta.
Desuevi tandem vetus exerrare Poëta.
Siqua est, scis cujus culpa sit. iste luat.

DAVIDI RORARIO, WESTPHALO, J. U. D.
Elect. Saxon. Confiliario.

Quid mihi cum Floiâ, RORARI? mène canino
De grege, naturâ fœmineave putas?

A 2

An

*An simili dignum credis tentamine CORTUM?
Haud ita. VIRTUTI seria Musa placet.*

A scurrâ insano sanum distingue Poetam.

Ambo, at diversâ conditione, movent.

*Nullis FLOJA viris gravibus, mihi crede, probata est:
Et se sic ludi LINGUA LATINA dolet.*

Non lego. reddo tibi. siquid vis mittere gratum:

TAUBMANI aut SCHEDII carmina mitte mihi.

EINSIDELIADES nugas quoque respuit istas.

Autor fortè tamen non malè doctus homo est.

Sit, qui sit, clarum non est hinc nomen adeptus.

Iudice nemo tamen me lacerare velit.

PHILIPPO-LUDOVICO Reichard/ J. U. D.
& Confil. Palat. Sulzbac.

CUr, REICHARDE, rogas, à me percussa sit uxor?
Imperium tumido vendicat ore sibi.

Cui quia de nullo debetur jure: Marito

Linquat, & agnoscat me caput illa suum.

Quanquam pœnituit facti me sæpe: rebellis

Quis tamen uxoris jurgia ferre potest?

Jam mihi majorem cultum, quàm præstitit antè,

Præstat. at ô quàm sic est mihi triste coli?

OBSEQUERE UXORI NOVE RECTA MARITE MONENTI,
SED BENE DISSIMULA CONSULUISSE TIBI.

GEORGIO THURIO, Poë-
tæ Hebræo.

CUjas es, THURI? respondes, HUNGARUS. usum
Occule Pannonicæ Vocis, HEBRÆUS eris.

ΕΙΣ

ΕΙΣ ΔΩΖΥΛΟΝ, Ἀφύη, τε καὶ
νοσηρόμυον.

ΔΩΖΥΛΕ, πάντα τοῖς ἀφύης προγόνοισι χρεώσεις.
Οὐκ χρεώσεις αἱμά σοι ὀψίγονον.

ἸΝ ΥΡΡΗΥΜ, ὀλιγόωρον.

Quum tu pro nostris mittebas, URΡHE, libellis
Munera: te frontem tunc habuisse nego.
Si nil misisses, poteras spem mittere. laudo
Te tamen affectus pro brevitare tui.

DE BURDONE, ἐμπροσθενόμω.

BURDO domi non est. peregrè Burdone profecto
Uxor pinguescit, sed sterilescit ager.
Cur ager areseat, dicam, cur pingueat uxor.
Non ager; ipsa uxor, quo fodiatur, habet.

PHILODELTO, OSTENTATORI
vanitatis maximo.

Bibliotheca bonis est instructissima libris. (cas.
Hinc hominem doctum te, PHILODELTE, VO-
O magnum Absurdum! varia instrumenta BIBINUS
Noster habet: possit Musicus esse tibi.
Tantum ipsi profunt, quantum solet alea vaccæ.
Emptorem ridet pendula chorda rudem.

IN CONJUGIUM IMPAR.

Annosam uxorem ducit tredecennis ephēbus.
Non est conjugium, quando fricatur anus.

A 3

IN

IN HANNONEM, χρημορρήμονα.

Sides cuncta mihi, quæ spondes ebrius, HANNO,
Nil mâne invenias sobrius ipse domi.

Serva, quæ tua sunt, mea tu mihi pauca relinque.

Nec spondebo tibi, nec tibi pauca dabo.

In te sum longè, quàm tu me, promptior, HANNO.

Tu nutris; quam spem primâ ego fronte neco.

IN MINUTIVM, δεξιτήν.

In exspuentis excidit barbam, quod in
Cœlum exspui solet, MINUTI. detrahens
Viro bono fortiq̄ue detrahet sibi.

Qui sæpius me provocasti ad jurgia
(Naturâ abhorreo feris à litibus)

An attacere me putas posse ampliùs?

Calamo semel percussus (hæc hinc enota)

Emoritur anguis. quando eum percusseris

Iterum, ecce confirmatur, & repercutit.

Offensa prima, & altera, immò & tertia

(POLITICUM; non CHRISTIANUM ego heic ago)

Fuisset ignoscenda. sed tu haud desinis

Conviciis me perdere & mendaciis.

Siquid videbis ergo, si quid heic leges,

Tibi & venenatæ tuæ linguæ imputa,

Silvamq̄ue cessa taliter laceffere.

DE FALBIA ET LYCIO, τῆ ἰδὴ χρυσέα-
σρία, τῶ ἴ δυσέρωτι.

Pauper virgo seni nummoso Falbia nubit.

Nummos; exsuccum non ea corpus amat.

*Haud animadvertit Lycius compendia fraudis.
Ipse voluptatem solvit; at illa capit.*

IN SPENTOLDUM, φιλεγκώμιον.

MIllenas, SPENTOLDE, theses affigere, virtus
Creditor. exercet sat thesis una virum.
*At tu, quod video, SPENTOLDE, videre videri
Velle. vident omnes, te didicisse nihil.*

IN OMUM, QUI ITALIS BUFFONE,
κυνοθαρσέσαι βαμολοχόμυρον.

Qui cum Principibus falsè nimis, OME, JOCARI
Perq; nigros captas præmia magna fales:
Ne joca per jugulum redeant aliquando, cavebis.
Haud apta est falsis quælibet hora jocis.
Quod tu sæpe facis, quod dicis sæpe: profectò
Si faciam & dicam sæpe coactus idem:
In latere excisso mihi mucro hæreret acutus.
I procul, argenti perniciose nitor.
Tu mea paupertas mecum sincera morare.
Scurrilis nolo futilitatis opes.

BARTHOLOMÆO ARRÆ, WURZENS
ισοδαίτω quondam Lipsiæ.

HAud ego confusis digitis tibi porrigo dextram:
Nempe animum linguâ, BARTHOLOMÆE, gero.
Siquem detestor, neutro istum lumine dignor.
Tu mecum in tenebris, ARRA, mices digitis.

Fons

Frons, oculi, vultus de te testantur aperte.

Ergo meæ penetra limen amicitia.

Quidquid habebō boni, tecum commune sit. omnis

Sum tuus: officiis omnibus omnis ero.

Ne modo tu mutes, tumido seductus ab Olfo.

Prestat, quàm fæde rupta, negata fides.

Est & amicitia quædam speciecula, NOLLE,

Si forte est animo velle nocere ratum.

ALEXANDRI MAGNI MVNIFICENTIA,

ejusq; vox laudatissima.

Magnus Alexander cuidam donaverat urbem:
Tam Rex laudatus munificusque fuit.

Demissè Regi mox donatarius inquit:

Non urbs fortunæ convenit ista meæ.

Non, quid conveniat, mi vir, tibi sumere, quæro.

Respondit: potius, quod dare me deceat.

T E A O Σ.



Nr. 145 Ausgang: 27.9.63.

I. Schäden: *h/zt*

II. Behandlung: 37/58

III. Besonderheiten:

mit Blausäure

7. II, 3.

